



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 32. Jacobi Acontii mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

**Sæcul. XVI** dithius, & Budzinus alias nullius  
A.C. 1566. tamen momenti literas dabant: Cal-  
vinus vero, & Beza Alciatum tanquam  
Calvin. ad- insanum catenis vinciendum deride-  
vers. Valent. bant; horum quippe primus asserebat,  
Gentil. pag. bant; horum quippe primus asserebat,  
659. tract. quod illa die, qua Italica de hæresi su-  
Theol. spectis fidei forma subscribenda propo-  
Beza ep. 81. nebatur, Alciatus tanquam insanus de-  
bacchari cœperit: alter vero addidit,  
quod homo sit capitis vertigine labo-  
rans, ac phreneticus, qui non nisi cœ-  
co animi impetu abreptus ageret.

## §. XXXII.

*Jacobi Acontii mors.*

**Grafferus** Aliud Antitrinitariorum caput, Jaco-  
ep. ad Lector. bus Acontius itidem hoc anno e-  
initio Stra- vivis excessit. Hic erat Philosophus,  
tag. Sathan. Jurisconsultus, & Theologus, qui Tri-  
denti natus relicta Italia, ubi aliquam-  
diu morabatur, in Angliam regnante  
Elisabetha Regina secessit, ut ibidem  
adulterinæ reformationi nomen daret;  
porro ibi excipiebatur ab eadem Regi-  
na cum singulari benevolentiae testifi-  
catione, prout ipsem ad initium libri  
sui sub titulo: *Stratagemata Sathanæ te-*  
*status est.* Hic ipse liber a suo Auctore  
Reginæ nuncupatus saepius in varia  
idiomata translatus est, atque iterato  
prælo prodiit: ecquidem prima editio  
facta est Basileæ Anno Incarnationis  
Do-

Dominicæ millesimo quingentesimo se- Sæcul. XVI  
xagesimo quinto: Jacobus vero Grasse- A.C 1566.  
rus Anno reparatæ salutis millesimo  
sexcentesimo decimo alteram editio-  
nem adornabat, in qua quidem Acon-  
tii epistola de ratione edendorum librorum  
reperitur, ubi Author salutaria prorsus  
confilia illis suppeditat, qui libros ede-  
re moliuntur, desideratur tamen ejus-  
dem de Methodo tractatus, qui tanquam  
præclarum opus deprædicatur, quam-  
vis Author hunc libellum non nisi veluti  
rude operis delineamentum vulgarit:  
insuper scripsit Italo sermone quoddam  
opus de ratione urbes muniendi, quem  
librum ipius in Anglia commorans la-  
tine reddidit, typis tamen nunquam  
editus videtur: inchoaverat quoque  
Logices tractatum, cui tamen morte  
præventus ultimam manum admovere,  
haud dubie præpediebatur, dum eo  
tempore adhucdum in Anglia hærebatur.

Ceterum redarguitur Acontius,  
quod in suo tractatu de tribus in divi-  
nitate Personis nullam mentionem fe-  
cerit de *Omonousian*, seu de Unitate sub-  
stantiæ in tribus hisce Personis, nec  
etiam hujus vocis a Concilio Nicæno  
tantopere commendatae hostes Paulum  
Samofatenum, Arium, Photinum, plu-  
resque alios impugnaverit, nec eorum  
hærefes circa Christi Divinitatem ag-

*Hist. Eccles. Tom. XLVIII. E gref-*

**Sæcul. XVI** gressus fuerit, sed unice in eos insur-  
A C. 1567. rexerit, qui Filium alium non esse, quam  
 Patrem affirmabant.

## §. XXXIII.

*Pii V. Bulla contra Baji errores.*

**Bajana tom.** Postquam interim Romæ Baji Docto-  
 2. op. Baji ris opera sedulo fuerant discussa,  
 p. 49. & seq. Pius V. ad Sacræ Sedis honorem id con-  
 ferre existimans propositiones ex illius  
 libris decerptas proscriptis, & diploma se-  
 quens hanc in rem edidit die prima  
 Octobris Anno Domini millesimo quin-  
 gentesimo sexagesimo septimo: porro  
 hoc judicium præcipue Cardinalis Gran-  
 vellanus, & Pater Montaltus supremus  
 Franciscanorum Minister recens electus  
 urgebant. Erat hæc Constitutio se-  
 quentibus concepta verbis: „Ex omni-  
 bus afflictionibus, quas in hoc loco  
 a Domino constituti tam luctuoso  
 tempore sustinemus, ille animum no-  
 strum præcipue excruciat dolor, quod  
 Religio Christiana tantis jam pridem  
 turbinibus agitata, novis quotidie  
 propositis opinionibus conficitur,  
 Christique populus antiqui hostis sug-  
 gestione disjectus, in alias, atque  
 alias errores passim, & promiscue de-  
 feratur, quantum vero ad nos attinet,  
 totis viribus conamur, ut illæ simul,  
 atque profiliunt, penitus oppriman-  
 tur.